

tino in N. T. sub particula: *év.* III. Intellectus emendatio potest esse sine emendatione voluntatis, (atamen non debet) Luc. XII, 47. quomodo igitur emendatio inciperet à voluntate? Extat de hac materia, quod nimirum emendatio incipiat ab intellectu, non à voluntate, elegantissimum scriptum Dn. D. Sebastiani Edzardi, Theologi immortaliter meriti, *Erörterung der Frage: Ob die wahre Besserung vom Verstande/ oder vom Willen angehe?* contra Dn. D. Breithauptum, quod jam supra citavi.

## DAMNUM.

*Impius, cujus voluntas nondum emendata est, non potest esse illuminatus, seu non potest habere veram per Spiritus Sancti gratiam, ex Sacro Codice haustam notitiam Dogmatum Divinorum.*

Id profitentur omnino Pietistæ. Sed est Hypothesis falsa, atque veritati contraria. Vide hic Summe Reverendi Dn. D. Niehenkii Compendium Errorum Pietisticorum, loco de Illuminatione Err. III. B. Fechtii Tractatum de Ordine modoque Gratia Divinae in conversione hominis occupatae, Aphor. IX. Magnifici Dn. D. V. E. Læscheri Tractatum von der *Erleuchtung unheiliger Lehrer/ annexum 2 parti Timothei Verini,*